

In Tabellam, Nobiliss' et Clariss'
D. Constantini Huygens,
ad Cryptariotbecam antiquariam f. S.
Noviomavi appensam.



Fracta perennati semelq; frusta metalli,
Pura vel arguta vermiculata manu;
Ossa, lapis, vitreae, rudis, veterumq; parati
Arma operata aris, arma operata focus;
Testarum, laterumq; vetus farrago, supellex
Frivola, grandaeva vitia seruta situ;
Quae Batavum nullo vilis commendat ab usi,
Verna ministeris quae reget apta suis;
Si quod erat vobis pretium, quod nuperis ordo
Correcta serie, quod numerosa strues;
Mille quod annorum spatio memoranda vetustas,
Aut quod Romani nominis umbra tulit;
Hoc fuit exiguum, paucis dum visa jacetis
Carcerebus nostri semisepulta Laris,
At placido magnis postquam vos lumine vidit
Huygenides, pretium majus habere dedit.
Hoc monitore ingens vos dextra eruderat; ingens,
Qua Patria in clara luce reposta ~~sedet~~.
Quam procul invictam mundi staret axis uterq;
Quam sibi fatalem sentit et horret. Uter.
Mox alii ex aliis haec tanti exempla secuti
Principis, Heroes semideumq; genis,
Lumina tot preclara virum spectasse, similis
Dignantur manibus vos retivisse suis.
Quae super Huygenides, nostri decus orbis et avi,
Constans laurigeri splendor amorq; chori;

Hug. 37.

Et vere Eugenius, cui Musæ summa, vestras
Prodigis in laudes carmina docta canit.
Nec cantasse semel satis est; inscripta tabellæ
mittit, ut absentis suppleat ista vicem.
Hæc nomenclatrix non visa ut visa recenset,
Omnia dimmuerans, nil latitare sinit.
Nominibus non nota suis ut nota retexit,
Atq; penis cunctos exhibet una finis.
Integra pro frustis, vastas pro truncamine moles,
Plenæq; pro solo milite signa, canit.
Multa super ritû veterum vestigat et usû,
Quæ Carmenta sibi nota fuisse necet.
Hæc præcunte ridis moles animatur, et ista
Cui fordescebant hæc animatur seruis.

Totum ergo Clariss^e Huygeni,

Totum, muneris hoc tui est,
Quod monstror divoto prætereuntium
Curator veteris peni,
Quod spero et placeo, si placeo, tuium est.

Joannes Smit

En tibi, Nobilissime Vir, promissum Carmen;
in quo quaedam mutanda, nisi oculi in recenti
mine facti mihi coecitarent. Excusatione non
utor, Fidem libero, solutione festinata magis
quam exacta; Apud Amicum, quem Deus Opt:
Max: Patrie et mihi diu servet incolumem.
Vale. Scrib. $\frac{15}{25}$ Octobris 1634.

N. & C. T.

Observantissimus

Johannes Smits,
S. Kettenis

